

SERVII MAVRI HONORATI GRAMMATICI IN BVCOLICA MARONIS COMMENTARIORVM LIBER.

VCOLICA vt ferunt inde dicta sunt a custodia boum. ΠΡΑΞΙ-
pua enim sunt animalia apud rusticos boues. Huius autem carminis origo varia est. Nam
alii dicunt eo tempore quo: xerxes persarum rex inuasit graeciam cum omnes intra muros
laterent: nec possent more solito Dianae sacra persolui: peruenisse ad montes laconas rusti-
cos: & in eius honorem hymnos dixisse: vnde natum carmen bucolicum aetas posterior eli-
mauit. Alii dicunt Orestem cum Dianae faelidis simulacrum raptum ex scythia adueberet ad siciliam
esse tempestate delatum. completo anno Dianae festum celebraisse bymnis collectis nautis suis: & aliqui-
bus pastoribus conuocatis: & exinde permanisse apud rusticos consuetudinem. Alii non Dianae sed
appollini Nomio consecratum carmen hoc volunt: quo tempore Admeti regis paut armenta. Alii
rusticis numinibus a pastoribus dicatum hoc asserunt carmen: vt Pani Faunis: ac satyris: & hic est huius
carminis titulus. Qualitas autem hanc est. s. humilis character. Tres enim sunt characteres humilis medi-
grandiloquus: quos omnes in hoc inuenimus poeta. Nam in aeneide grandiloquum habet in Georgi-
medium: in bucolicis humilem pro qualitate negotiorum & personarum. Nam personae hic rusticae sunt
simplicitate gaudentes. s. a quibus nil altum debet requiri. Adhibentur autem hanc ad carmen bucolici.
Debet quarto pede terminare partem orationis: qui pes si fit dactylus: meliorem efficit versum: vt nos
patrae fines & dulcia. Primus etiam pes secundum Donatum dactylus esse debet: & terminare parte ora-
tionis: vt Tytre quam legem theo critus vebementer obseruat: Virgilius non adeo. Ille enim in paucis
versibus ab ista ratione deuiat: hic eam in paucis secutus est Terrentianus cum de hoc metro doceret.
Plurimus hoc pollet sicule telluris allumnus. Noster farus eo pastor Maro. Intentio poetae hanc est vt im-
mitetur Theocritum syracusanum meliorem Moscho & ceteris qui bucolica scripserunt: vnde est. Pri-
ma syracusio dignata est ludere versu nostra: neq; & aliquibus locis per allegoriam agit gratias augusto:
vel aliis nobilibus quorum fauore amissum agrum recepit: in qua re tantum dissentit a theo crito. Ille em
vbiq; simplex est hic necessitate compulsus aliquibus locis miscet figuras: quas perite plerunq; etiam ex
Theocriti versibus facit: quos ab illo dictos constat simpliciter: hoc autem fit poetica vrbaneitate: sic Iuue-
na. Aetoris aurunci spoliium. Nam Virgilius de hasta dictu figurate ad speculum transtulit. Et causa scri-
bendorum bucolicorum hanc est. Cum post occisum. iiii. idus martias in senatu Caesar e augustus eius fi-
lius contra persecutores patris & antonium cuius bella mouisset: victoria potitus cremonenium agros
qui contra eum fenerant militibus suis dedit: qui cum non sufficerent: etiam mantuanorum iussit distri-
bui: non ppter culpam: sed ppter vicinitatem: vnde est. Mantua vix misere nimium vicina cremona: Per-
dito ergo agro Virgilius romam venit & potentium fauore meruit vt agru suu solus reciperet. Ad que
recipiendum profectus: ab ario centurione qui eum tenebat pene est interemptus: nisi se precipitasset in
mintium: vnde est ΑΛΛΗΥΟΡΗΚΟΨ. Ipe aries etiam nuc vellera siccet. Postea ab augusto missis triumui-
ris & ipi integer ager redditus est & mantuanis pro parte. Hinc est q; in prima agloga legimus recepisse
agrum: postea eum querelantem inuenimus: vt audieras & fama fuit: sed carmina tantum nostra valent
lycida tela inter maria quantum Chaonias dicunt aquila veniente columbas Nec numerus hic dubius
est: nec ordo librorum. Quippe cum vnus sit liber. De aglogis tantum multi dubitant. Quae licet. x. sint
incertum tamen est quo ordine scriptae sint. Pleriq; duas certas volunt ipsius testimonio vltima. vt extre-
mum hunc: & primam: vt in Georgi. Tityre te patule cecini sub tegmine fagi. Alii primam illam volunt
Prima syracusio dignata est ludere versu: sed est sciendum. vii. aglogas ee meras rusticas quas Theocritus
& habet. Hic in tribus a bucolico carmine: sed cum exultatione discessit vt in genetico Salonini: & in si-
leni Theologia: vel vt ex insertis alioribus rebus posset placere: vel quia tot varietates implere non
poterat. Poeta vitam in aeneide diximus. Operis explanatio in sequentibus comprobabit. Sane sciend-
um Virgi. xxviii. annorum scripsisse bucolica. Vnde etiam in fine Georgi. Au daxq; inuenta. Tityre te
patulae cecini sub tegmine fagi: & dicit Donatus q; etiam in poetae memorauimus vita in scribendis car-
minibus naturalem ordinem secutum ee Virgilium. Primo enim pastoralis fuit in montibus vita. Post
agriculture amor. Inde bellorum cura successit. Notandum quoq; bucolica vel georgica cum apud grae-
cos in sine habeant accetum: apud nos in tercia a sine habere. Nam vt in vltima sit latinitas veta: vt in pe-
nultima no sit breuitatis efficit ratio. Etiam hoc sciendum & psonas huius operis ex maiori parte nomi-
na de rebus rusticis habere coficta: vt meliboeus οτι μελει εστ ωτ ων βοων. i. qui curam gerit bo-
um q; Tityrus dicit aries maior. Nam laconum lingua Tityrus dicit aries maior: qui grege anteire co-
sueuerit: sicut etiam in comediis inuenimus. Nam pampbilus est totus amas. Glyceriu quasi dulcis mu-
lier: phylomela amabilis: Personae: sicut supra dixi rusticae sunt & simplicitate gaudentes. Vn in his nihil
vrbantum: nihil declamatorium inuenitur: sed ex re rustica sunt omnia negotia comparationes: & si qua sunt
alia. Hinc est q; annos a fructibus computat: vt post aliquot mea regna videns mirabor aristas: hinc etiam
illae comparationes sunt. Nam neq; me tantum venientis sibilus austris: nec percussa iuuant fluctu tam lie-
tora: nec quae saxo las inter decurrunt flumina valles.

Tityre

Vana Buehui car-
minis origo.

Titulus carminis.

Qualitas. Terrens, va-
lens & modestus
parus.

Intentio Poetae.

Causa scribendorum
Bucolicorum.

Quid Meliboeus,
Alii Tityrus.